Sussidio liturgico a uso  dei fedeli
Edizione fuori commercio

Santa Messa in Latino a Legnano
www.ambrosianeum.net



# ORDO BENEDICENDI SPONSUM ET SPONSAM

JUXTA RITUM

SANCTÆ ECCLESIÆ

MEDIOLANENSIS



MEDIOLANI

MMXXIV

*Celebrata Missa, et deposita planeta et manipulo, Parochus, ante altare sponsis genuflexis, dicit:*

| | |
|---|---|
| Deus, ✠ in adjutorium meum intende.<br>**Domine, ad adjuvandum me festina.** | O Dio, ✠ intervieni in mio soccorso.<br>**O Signore, affrettati ad aiutarmi.** |
| *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto.* | *Gloria al Padre, e al Figlio, e allo Spirito santo.* |
| **Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.** | **Come era nel principio, e ora, e sempre, e nei secoli dei secoli. Amen.** |
| **Hallelujah.** | **Alleluia.** |
| **Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie, eleison.** | **Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie, eleison.** |
| Dominus vobiscum.<br>**Et cum spiritu tuo.** | Il Signore sia con voi.<br>**E con il tuo spirito.** |

## ORATIO

| | |
|---|---|
| Deus, qui potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti, et dispósitis universitatis exordiis, homini ad imaginem tuam facto ideo inseparabile mulieris adjutorium condidisti, ut fœmineo corpori dares de virili carne principium, docens quod ex uno placuisset institui, numquam licere disjungi: Deus, qui tam excellenti | O Dio, che con la tua potenza creasti dal nulla ogni cosa, e che, disposti gli inizi dell'universo, preparasti all'uomo, fatto a tua immagine, l'inseparabile aiuto della donna, traendo il corpo femmineo da quello maschile, insegnando così che non è mai lecito separare ciò che ti compiacesti di trarre da un solo principio: o Dio, che hai consacrato |





| | |
|---|---|
| Benedicamus Domino.<br>**Deo gratias.** | Benediciamo il Signore.<br>**Rendiamo grazie a Dio.** |

*Tum aspergendo sponsos aqua benedicta, dicat:*

| | |
|---|---|
| Pax et benedictio Dei omnipotentis, Pa✠tris, et Fi✠lii, et Spiritus ✠ sancti descendat super vos, et maneat semper.<br>**Amen.** | La pace e la benedizione di Dio onniponte, Pa✠dre e Fi✠glio, e Spirito ✠ santo discenda su di voi, e con voi rimanga sempre.<br>**Amen.** |
| *Peracta benedictione, sponsos hoc monebit, ut nocte saltem sequenti in castitate et virginitate permaneant, propter reverentiam ipsius benedictionis. Caveant vero omnino, ut supra dictum est, saltationes et tripudia aliaque omnia Matrimonii sanctitati repugnantia. [...]* | *Impartita la benedizione, [il Sacerdote] consiglierà agli sposi di rimanere casti e vergini almeno per la notte successiva, in segno di riverenza verso la benedizione stessa. Ma [gli sposi] si guardino del tutto, come si è detto sopra, dal danzare e dal ballare, e da ogni altra cosa contraria alla santità del Matrimonio. [...]* |

Domine, exaudi orationem nostram.

**Et clamor noster ad te perveniat.**

Dominus vobiscum.

**Et cum spiritu tuo.**

O Signore, esaudisci la nostra preghiera.

**E il nostro grido giunga fino a te.**

Il Signore sia con voi.

**E con il tuo spirito.**

## Oratio

Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob sit vobiscum, et ipse adimpleat benedictionem suam in vobis: ut videatis filios filiorum vestrorum usque ad tertiam et quartam generationem, et postea vitam æternam habeatis sine fine: adjuvante Domino nostro *Jesu* Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum.

**Amen.**

Dominus vobiscum.

**Et cum spiritu tuo.**

**Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.**

Benedicat ✠ et exaudiat nos Deus.

**Amen.**

Procedamus cum pace.

**In nomine Christi.**

Il Dio di Abramo, il Dio di Isacco e il Dio di Giacobbe sia con voi, e vi ricolmi della sua benedizione: affinché vediate i figli dei vostri figli fino alla terza e alla quarta generazione, e abbiate dipoi senza fine la vita eterna: con la mediazione del Signor nostro *Gesù* Cristo, che è Dio, e vive e regna col Padre e con lo Spirito santo, per tutti i secoli dei secoli.

**Amen.**

Il Signore sia con voi.

**E con il tuo spirito.**

**Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie, eleison.**

Dio ci benedica ✠ e ci esaudisca.

**Amen.**

Andiamo in pace.

**Nel nome di Cristo.**





mysterio conjugalem copulam consecrasti, ut Christi et Ecclesiæ Sacramentum præsignares in fœdere nuptiarum: Deus, per quem mulier júngitur viro, et socíetas principaliter ordinata ea benedictione donatur, quæ sola nec per originalis peccati pœnam, nec per diluvii est ablata sententiam: réspice propitius super hanc famulam tuam, qua maritali jungenda consortio, tua se éxpetit protectione muniri. Sit in ea jugum dilectionis et pacis: fidelis et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat fœminarum: sit amabilis ut Rachel viro, sapiens ut Rebecca, longæva et fidelis ut Sara. Nihil in ea ex actibus suis ille auctor prævaricationis usurpet: nexa fidei charitatisque vinculo permaneat; uni thoro juncta concubitus illicitos fugiat; muniat infirmitatem

l'unione coniugale in un mistero così sublime, che nel vincolo delle nozze hai prefigurato l'unione tra Cristo e la Chiesa: o Dio, che hai voluto che la donna si unisse all'uomo e che la società coniugale, costituita prima di ogni altra, fosse dotata di quella benedizione che sola non venne meno né per la pena del peccato originale, né per la sentenza del diluvio: guarda propizio a questa tua serva che, nell'atto di unirsi nel matrimoniale consorzio, desidera essere munita della tua divina protezione. Sia in essa il fascino dell'amore e della pace: fedele e casta si sposi in Cristo, e rimanga imitatrice delle sante donne: sia amabile al suo sposo, come Rachele, saggia come Rebecca, longeva e fedele come Sara. Nulla possa mai usurpare in lei l'autore dell'antica prevaricazione: rimanga ferma nella fede e nei comandamenti; vincolata ad un solo talamo fugga i

suam robore disciplinæ. Sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis cælestibus erudita; sit fœcunda in sobole; sit probata et ínnocens; et videat filios filiorum suorum usque in tertiam et quartam generationem, et ad optatam perveniat senectutem, et demum ad beatorum requiem et ad regna perducatur cælestia. Per Dominum nostrum *Jesum* Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum.
**Amen.**

rapporti illeciti; rafforzi la propria debolezza col vigore della disciplina. Sia seria per effetto della verecondia; sia rispettabile per pudore; sia istruita nelle celesti dottrine; sia feconda per prole; sia virtuosa e innocente; e possa vedere i figli dei figli fino alla terza e alla quarta generazione, e giunga alla sospirata vecchiaia, e infine sia introdotta alla pace dei beati e ai regni celesti. Per il nostro Signore *Gesù* Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con te, nell'unità dello Spirito santo, per tutti i secoli dei secoli.
**Amen.**

Dominus vobiscum.
**Et cum spiritu tuo.**

Il Signore sia con voi.
**E con il tuo spirito.**

*Deinde Parochus cum clerico dicit:*

## Psalmus CXXVII

Beati omnes qui timent Dominum, * qui ambulant in viis ejus.

Beato l'uomo che teme il Signore, e cammina nelle sue vie.

Labores fructuum tuorum manducabis: * beatus es, et bene tibi erit.

Vivrai del lavoro delle tue mani: sarai felice, e godrai d'ogni bene.





Uxor tua sicut vitis abundans, * in latéribus domus tuæ.

La tua sposa come vite feconda, nell'intimità della tua casa.

Filii tui sicut novellæ olivarum, * in circuitu mensæ tuæ.

I tuoi figli come virgulti d'ulivo intorno alla tua mensa.

Ecce sic benedicetur omnis homo, * qui timet Dominum.

Ecco, come sarà benedetto ogni uomo, che teme il Signore.

Benedicat te Dominus ex Sion: * et videas quæ bona sunt Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Ti benedica il Signore da Sion: possa tu vedere la prosperità di Gerusalemme per tutti i giorni della tua vita.

Et videas filios filiorum tuorum: * pax super Israël.

E possa tu vedere i figli dei tuoi figli: pace su Israele!

*Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui sancto:*

*Gloria al Padre, e al Figlio, e allo Spirito santo:*

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculorum. Amen.

Come era nel principio, e ora, e sempre, e nei secoli dei secoli. Amen.

Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.

Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.

Pater noster, *secreto usque ad*
Et ne nos inducas in tentationem.
**Sed libera nos a malo.**

Padre nostro, *in segreto fino a*
E non ci indurre in tentazione.
**Ma liberaci dal male.**

Salvos fac servos tuos.
**Deus meus, sperantes in te.**

Salva i tuoi servi.
**Che sperano in te, mio Dio.**

Mitte eis, Domine, auxilium de sancto.
**Et de Sion tuere eos.**

Manda loro, o Signore, il tuo aiuto dal cielo. – **E dalla celeste Sionne difendili.**